

*lucet Petz de foro Capit.*

LVCÆ PÆTI. I. C.  
DE IUDICIARIA FORM.

CAPITOLINI FORI  
AD S. P. Q. R.  
LIBRI IX.



Romæ, in ædibus Populi Romani,  
Apud Paulum Manutium,  
M D L X V I I.

*Num-44 Cap. 9. pag. 22*



Coll. Soc. Ins. v. Salm. ex dono Regum.

M.D.L.

in A M P L I S S I M O  
mundo admodum  
admodum  
- deo dico  
- deo dico  
- deo dico  
- deo dico

S. P. Q. R.

Lucas Pætus S. P. D.

**N**PATRIAM reuersus, causa  
rum, quæ in Capitolino Foro uer-  
saretur, patrocinium pro uiribus  
suscepturus, statim ad Municipa-  
lia Iura, quibus in eo Foro præcipue utimur,  
animum applicui, in quibus, non sine labore  
non nihil (quod sine arrogantia dictum sit)  
mihi uideor profecisse: uerum cum animad-  
uerterem, tantam Ciuitatem, quæ tot ele-  
gantissimas leges uniuerso pæne terrarum  
orbi tribuerat, barbaris hisce constitutioni  
bus indignam esse, ex quibus potius superio-  
rum temporum, quibus editæ fuerunt, cala-  
mitates, quam legum recteq. uiuendi ratio  
aut forma eliceretur, cum etiam rogatæ &  
abrogatæ cōstitutiones, ut tēpora tulerunt,  
non sine nota promiscue legerentur, pietate  
motus earundem emendationem & instaura-  
tionem, etiam pro Rostris concione habita,  
Patribus Populoq. suasi: quo factum fuit, ut  
negotium decem Iurisperitis, in quibus &  
ego omnium minimus, & decem rerum agé-  
darum prudentissimis Ciuibus daretur. qua-

in re

Lucæ Pæti I. C. de Iudiciaria

Formula Capitolini Fori

Liber primus.

*Personarum est apud Iurisconsultos  
prima cognitio num. 1.*



Vdiciariam formulam ciuilium  
causarum fori Capitolini recen-  
surus, opera& pretium me facturū  
existimauī , si prius de personis  
tum Iudicū, tum Executorū, tum etiam  
Controuerteriū , qui in hoc iudicio par-  
tes faciunt , pauca pro tironum introdu-  
ctione referrem , exemplo Iurisconsultorū,  
qui prius de personis , quam de rebus, tra-  
ctandum esse censuerunt . quibus prius di-  
gnissime cognitis, facilius & reliqua perci-  
pientur.

De electione Senatoris.

Cap. I.

*Senator origine ab urbe distare debet per  
quinquaginta millia passuum n. 1.*

*Senator intra tertium consanguinitatis uel affi-*

*A nitatis*

dicci Feli.c.significauerunt n.7.uers.demum extra de exceptio.

- 50 Vnum tamen non omittam, quod succum bens ex iuramento suppletorio, aduersario delato, expensas non reficiet, Bald.l.genera liter col.4.C.de epis.et cle.Alex.cons.122.in fi.uol.2.et d.l.properandum.¶.sin autem alterutra n.17.uers.subdit, licet secus sit in eo qui, ex iuramento decisorio succumbit, ut dixi supra allegando Ias.hoc tenetem in d.l. properandum.¶.sin autem alterutra nu.10. uers.tu autem aduerte.C.de iudi.quod intel lige de iure, sed ex statuto nostro, si iudex no absoluisset, tunc is qui ex iuramento supple torio succubuit, ab expensis non excusare tur ex suprascripto statuto, retenta commu ni conclusione pro uera, quod iusta causa liti gandi in statuto ab expensis non excuset; Et per hæc ad laudem Omnipotentis Dei Tri ni & uni & Gloriosæ uirginis Mariæ sit hic tractatus expeditus. in quo me correctioni omnium melius sentientiū libentissime subi cio quin immo rogo & obtestor melius sen tientes ut ad communem utilitatem corri gant deleant addant & suppleant.

**F I N I S.**